

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3028

**Auteur(s) :** Philippe le Breton, de Jersey [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Jersey, Saint-Clément, dépendance Le Mont Saint-Michel (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1291, mai

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Lettre datée du mois de Mai 1291 de Philippe Le Breton rappelant le procès pendant entre lui et le Prieur de St Clément et se soumettant à la sentence arbitrale de l'abbé du Mont St Michel et du Prieur de St Germain-sur-Ay, rendue en 1284.

La lettre fut faite devant Pierre de St Hilaire, Guillaume de St Remy, Pierre d'Artis et Raoul Eudes, Justiciers du Roi, tenant les assises ; et revêtue des sceaux du Doyen de Jersey, du Bailliage des Iles, ainsi que du sceau dudit Philippe Le Breton.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 82, p. 146-147.

Texte établi d'après a

Universis hec visuris presentibus et futuris Philipus dictus Le Breton de parrochia Sancti Broelardi in insula Gersoii salutem in Domino. Ad eterne rei memoriam notum sit universis Christi fidelibus presentibus et futuris quod cum inter religiosos viros J. Dei gratia abbatem et conventum monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris et eorum priorem prioratus Sancti Clementis de dicta insula ex parte una et me dictum Philipum ex altera ratione prepositure de Nigro Monte et super redditibus, serviciis et aliis deveriis a me ipso dictis religiosis debitibus contencio multipliciter veteretur seu verti speraretur. Ego predictus Philipus spontanea voluntate, vi, metu nec dolo nec alias maliciose ad hec inductus super premissis et omnibus aliis contencionibus motis et movendis hinc inde pro omni tempore preterito pro me et heredibus meis totaliter me supposui et submisi dicto, ordinacioni, statuto seu amicabili compositione dicti abbatis domini mei et prioris Sancti Germani super E. sub pena centum marcarum argenti a me ipso apposita et solvenda si contra tenorem compromissi super hoc confecti aliquid attemptare presumerem, prout in literis super hoc confectis plenus continetur. Qui quidem dominus abbas et prior Sancti Germani super E. diligenter cognito de premissis bene et legitime composuerunt, ordinarunt et statuerunt videlicet quod dicta prepositura dictis religiosis et eorum successoribus quam cum pertinenciis propria voluntate eisdem dimisi perpetuo remanebit nec aliquid potero ego predictus Philipus nec heredes mei in dicta prepositura nec ejus occasione de cetero reclamare.

Item etc.

(La lettre continue en citant les termes de la sentence arbitrale. Voir N° 76. II).

\* \* \* \* \*

Quam quidem suppositionem seu sumissionem in dictos dominum abbatem et priorem Sancti Germani super E. ego dictus Philipus fateor me fecisse et concessisse et ad eorum ordinacionem seu statutum ut prefertur et in eorum

literis sigillis eorum sigillatis continetur et inviolabiliter observandam in perpetuum ego obligo me et heredes meos et omnia bona mea specialiter et expresse. Quod autem hoc robur firmitatis optineat perpetuum et ne super premissis vel aliquo premissorum contencio de cetero oriatur ego premissa in plenis assisiis coram providis viris et discretis videlicet domino Petro de Sancto Hylario milite, magistro Guillelmo de Sancto Remigio, Petro de Artis et Radulpho Odonis judicibus seu justiciariis ad dictas assisias tenendas specialiter deputatis, presentibus ad hec juratis dicte patrie et aliis fide dignis confessus fui spontanee et feci publicari et de hiis omnibus secundum formam suprascriptam prout moris est publice audienciam sollempniter feci. Et hoc concessi in parrochia Sancti Broelardi in dicta insula et has patentes literas dictis religiosis dedi sigillo decanatus dicte insule et ballivie insularum una cum meo proprio sigillatas que presentibus apponi procuravi in testimonium veritatis. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, mense Maii presentibus pluribus fide dignis.